

multiplici teneamus, insuper nobis cederet in maximum detrimentum,
 rogo dilectionem vestram, quatenus michi fidelitatem juramento firmetis
 et ut omnes meos adversarios de nostris finibus pro vestris viribus
 expellatis. Tunc omnes pariter dixerunt: Quidquid domino regi pla-
 cuerit, faciemus. Tunc rex dixit: Jurate ergo michi fidelitatem. Tunc
 omnes juraverunt. Similiter cives omnium suarum civitatum fecerunt.
 Insuper ei pueros suos obsides tradiderunt. Rüdolphus rex, cum litteras
 nobilium Bohemie vidisset, subito eis in adiutorium venisset, si Reni
 regiones propter incidencia negocia^{k)} relinquere potuisset. Sed cum
 responsio et dilacio regis ad nobiles se prolongaret, quidam ex ipsis
 personaliter in Alsaciam pervenerunt regem suppliciter deprecantes, ut ad
 terras regionis Bohemie non differat venire, eo quod sibi regiones | suas
 restituant universas. Tunc rex Rüdolphus inclinatus precibus nobilium
 rogavit omnes presentes milites et quos rogare poterat. Insuper omnibus
 suis precepit, ut armati secum venire non differant, quia oporteret eum
 subito terras alienas visitare. Multi sibi bona promiserunt, sed solvere
 minime potuerunt. Rex terram suam cum paucis exivit, sed de die in
 diem plures milites aquisivit. Cum autem Mogunciam venisset¹⁵⁸⁾, dixit
 ad eum dominus de Clingen¹⁵⁹⁾ baro: Domine, quis est custos thesauri
 vestri? Respondit ei rex: Non habeo thesaurum nec pecuniam nisi
 quinque solidos debilis monete. Tunc iterum interrogavit eum dominus
 de Clingen: Et quomodo ergo vultis vestro exercitui providere? Res-
 pondit rex: Sicut me dominus deus semper providit sic et me in hoc
 itinere dominus poterit providere. Letanter rex processit et in extrema
 semper extitit paupertate. Processit sine contradictione et ea, que
 spectabant ad imperium, sibi se voluntarie tradiderunt. Castella, muni-
 ciones, fora quorumcumque fuerint, que se defendere non poterant,
 dicioni sue voluntarie tradiderunt¹⁾. Rex autem Bohemie non credebat,
 quod rex Rüdolphus auderet vel posset sine contradictione terras
 Austrie devastare. Si enim rex Bohemie adventum regis Romanorum

(246,
1—8)

fol. 183v

246, 9—17

246,
18—21

k) propter — negocia *Korrektur-*
zusatz

1) Castella — tradiderunt
Korrekturzusatz

¹⁵⁵⁾ *Kunigunde, Tochter Restislaus von Masco und Annas, einer Tochter König Belas IV. von Ungarn (1222—1270). Die Heirat wurde am 25. 12. 1261 vollzogen.*

¹⁵⁶⁾ *Nur Wenzel II. von Böhmen, gest. 1305.*

¹⁵⁷⁾ *Agnes, gest. 1296 und Kunigunde, geb. 1261, gest. 1321 als Äbtissin von St. Georg in Prag.*

¹⁵⁸⁾ *Rudolf weilte in Mainz im Aug. 1276. Vgl. RI Nr. 588 a.*

¹⁵⁹⁾ *Walther von Klingen, s. o. S. 447.*